

civitatis et oppidi istius, ubi capietur. Quo facto offi-
 cium Civitatis et oppidi istius, ubi talis violator cap-
 tus fuerit, nullum penitus iudicium faciet, neq; aliquam
 poenam exiget de eodem Nobili, nisi prius ad eorum
 requisitionem Capitaneus vel Vice Capitaneus castren-
 sis, istius Jurisdictionis nostrae regalis, sub qua Civi-
 tas talis vel oppidum situm fuerit eidem iudicio Civili,
 quod ministrari et fieri debet pro violentia contra dic-
 tum Nobilem. Et ubi Capitaneus vel Vice Capita-
 neus noster ad unam sententiam cum Officio Civili, ubi
 talis Nobilis detentus fuerit, concordati fuerint, ex
 tunc praefatus Nobilis juxta hujusmodi sententiam Ca-
 pitanei nostri aut Vice Capitanei, et Officii Civili
 condemnari et puniri debet. Si vero talis Capitaneus
 noster, vel ejus Vice Capitaneus non poterit se concor-
 dare super sententiam cum Officio Civili contra talem
 Nobilem, ex tunc ipse captivus interea temporis in